



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Praxis Bene Meditandi**

**Berzetti, Nicola**

**Coloniae Agrippinae, 1658**

Præparationes remotæ.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56496](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56496)

I  
P R A X I S B E N E  
M E D I T A N D I.

Quid ante Meditationem faciendum.

C A P U T I.

*Preparationes remotæ.*



Ut benè & fructuosè divina mysteria meditari desiderat, magnam conscientia puritatem habere procuret; ita ut nihil in seipso agnoscat, quod graviter cor ejus reprehendat. Affectus animi & passiones ità domitas habere conetur, ut neque per excessum, neque per defectum ipsum turbent: Potentias & sensus suos ità collectos habeat, ut

A

Volun.

voluntariè non cogitet, nec videat, nec dicat, nec sentiat quicquam, quod ipsum distrahat. Summa, quod monet Cassianus, ità se ante orationem disponat, qualis ipso orationis tempore inveniri desiderat.

*Præparationes propinquæ.*

**Q**Vãdoquidem exemplo Davidis, Deo diceretis: *In matutinis meditabor in te*: aptissimum meditandi tempus est, quo quis lecto consurgit, ut ergo magis promptum se & expeditum ad hoc exercitium inveniat, pridie bis vel ter attentè perlegat scriptum, sive librum, ex quo meditandi materiam sumit, deinde h

istoriam